

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 22: De obedientia (16b)

Et infra (Gregorius in XXXV moralium):

Obedientia quippe victimis iure preponitur,  
quia per victimas aliena caro,  
per obedientiam vero voluntas propria mactatur.  
Tanto igitur deum quisque citius placat,  
quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia,  
gladio precepti se immolat.

Oboedientia quippe uictimis iure praeponitur,  
quia per uictimas aliena caro,  
per oboedientiam uero uoluntas propria mactatur.  
Tanto igitur quisque Deum citius placat,  
quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia,  
gladio praecepti se immolat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 35.14 (CCSL 143B,  
M. Adriaen ed., p.1792, ll.141-146).